

SIGISMUNDI  
SCACCIÆ,

JURISCONS. ROMANI.

Tractatus,

DE JUDICIIS CAUSARVM  
CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET  
HÆRETICALIVM,

*IN QVO, QUID CIRCA PRÆDICTARVM  
Causarum Judicia de Jure communi: quid secundum Doctorum sententias: & quid de gene-  
rali consuetudine, & praxi, præsertim Curia Romana, totiusq; Status Ecclesia-  
stici, Regni Neapol. & Ducatus Mediolani dispositum, &  
receptum sit, enarratur,*

LIBER SECVNDVS.

Ad Franciscum ex Comitibus S. Georgii, Car-  
dinalem Sancti CLEMENTIS.

NUNC PRIMVM DIVERSO EOQVE COMMODIORI  
charactere, cum INDICE Verborum & Rerum omnium notabilium  
copiosissimo, in Germania excusus.

*Privilegio Sacrae Casareae Majestatis, cujus tenorem sequens pagina in-  
dicabit, vallatus & munitus,*



PRODIT FRANCOFVRTI  
Sumptibus Hæredum Palthenianarum, Typis veró  
Hartmanni Palthenij.

ANNO CHRISTI MDCXVIII.



PRIVILEGII CÆSAREI TENOR.



ATHIÆ, Diuina fauente clementia, Romanorum Impera-  
 toris, semper Augusti, ac Germania, Hungaria, Bohemia,  
 Dalmatia, Croatia, Slauonia, &c. Regis, Archiducis Austria,  
 Ducis Burgundia, Styria, Carinthia, Carniola, & Wirten-  
 bergæ &c. Comitis Tyrolis &c. Privilegio Cæsareo, Heredi-  
 bus Zachariæ Palthenij I. V. Doctoris, Cuius & Bibliopole  
 Francofurtensis, p. m. ex gratia Cæsarea clementissimè indulto;  
 cautum est, ne quis alius, cuiuscunque status, gradus, ordinis,  
 conditionis, aut dignitatis existat, OPERA Criminalia Pro-  
 spero Farinacij, Iureconsulti Romani: Item OPERA Juridica  
 Joannis Gutierrez, & Francisci de Caldas, Hispanorum,  
 & SIGISMUNDI SCACCIAE, Iureconsulti itidem Romani,  
 Tractatus siue libros tres de Iudicijs causarum civilium, crimi-  
 nalium, & hereticarum: Nec non OPERA Medica Ludo-  
 uici Mercati. Medici Hispani, intra proximum decennium  
 à prima editionis die computandum, præter scitum & volun-  
 tatem memoratorum heredum Palthenianorum, intra Sacri  
 Romani Imperij, Regnorumque ac ditionum, præfati glorio-  
 sissimi Cæsaris hereditariarum, sine similit, aut alio characteris  
 genere, modo, aut forma, siue clam, siue palam, recudat, vel ali-  
 bi etiam eosdem Libros impressos & excusos, addicere, vende-  
 re, vel distrahere audeat, sub pœnis in diplomate Cæsareo con-  
 tentis, Fisco Cæsareo & prædictis heredibus Palthenianis irre-  
 missibiliter, toties quoties, à Privilegij huius Cæsarei violato-  
 ribus persoluendis. Datum est hoc rescriptum in Arce Regia  
 Praga, die primo Mensis Februarij, Anno Domini millesimo  
 sexcentesimo decimosexto, Regnorum vero, Cæsaris Romani  
 quarto, Hungarici octauo, Bohemici verò quinto.

MATTHIAS,

L. S.

V. LL. V. Vlm.

Ad mandatum S. Cæsareæ  
Majestatis proprium.

Io. Baruitius m. p. dt.





# SIGISMUNDI SCAC- CIÆ, IVRECONSULTI ROMANI,

## Tractatus DE IUDICIIS CAUSARVM CIVI- LIVM, CRIMINALIVM, ET HÆ- RETICALIVM.

### LIBER SECUNDVS.

#### CAPVT PRIMVM. DE IVRAMENTO CALVMNIÆ. SVMARIA.

*Continuatio libri, num. 1.*

*Iuramentum calumniæ sequitur immediatè post litis concessationem, num. 2. Ratio redditur, num. 4. 5. 6. & 7. Ampliatur, ut procedat in locis status Ecclesiastici, num. 9. Ampliatur in Regno Neap. num. 10. Ampliatur de consuetudine, num. 11. Declaratur, num. 12. & seqq.*

*Concessatio litis dicitur secundum ramos iudicij, & iuramentum calumniæ dicitur tertium rami, num. 3.*

*Iuramentum calumniæ pertinet ad totam causam, num. 4. & ut genus, habet vim offensivæ cuiuslibet articulo, num. 37.*

*Causa, propriè loquendo, dicitur deducta in iudicium post litis concessationem, num. 5.*

*Veritas facilis habetur, si iuramentum procedat, quam si subsecutur, num. 7.*

*Iurare de calumniæ quis non cogitur ante concessationem litis, potest tamen, si vult, num. 12. Contrarium sentientes adducuntur, num. 13. Firmatur primum dictum, num. 14. & 15.*

*Iurare de calumniæ super emergentibus, cogitur litigator ante concessationem litis, num. 16.*

*Iurare de calumniæ super tota causa ante litis concessationem in processu contra contrarium cogitur litigator, secundum consuetudinem Bononiæ, num. 17.*

*Iuramentum calumniæ potest peti quandoque, ante concessationem in causa, num. 18. 19. & 20.*

*Terminus ad iurandum de calumniæ in causis beneficiis, servatur vltimo loco, num. 20.*

*Iuramentum calumniæ potest peti etiam post conclusam in causa, num. 21. Contraria opinio, num. 22. 23. & seqq. Adducitur tertia opinio, qua conceditur, num. 28. Adducitur quarta, num. 29. Firmatur prima, num. 30. Tolluntur adducta pro aliis opinionibus, num. 31. & seqq.*

*Iuramentum calumniæ non requiritur, ubi non est necessaria probatio, num. 24. & 214. vers. prima, sed declara, ut in num. 31.*

*Iuramentum calumniæ non requiritur in novitiis, num. 24. Declara, ut in num. 31. & 32.*

*Notoriam dicitur, quicquid iudici constat ex actis, num. 25.*

*Confessio partis admittitur etiam post conclusam in causa, num. 26.*

*Positiones non admittuntur post conclusam in causa, num. 26. Ratio redditur, num. 33.*

*Probatio, nec ea, per qua devenitur ad probationem, admittitur post conclusam in causa, etiam si quandoq. admitteretur probatio, num. 27.*

*Iuramentum calumniæ potest exigi etiam post latam sententiam, num. 34. ideoque etiam in causa appellationis, num. 165.*

*Iuramentum calumniæ quod praestatur seu exigatur immediatè post concessationem litis, non est de ordine substantiali iudicij, num. 35.*

*Iuramentum calumniæ praestitum semel post litem concessatam, de novo non exigitur, sub num. 36. 37. Ampliatur, num. 38. Limitatur primo, num. 42. Limitatur secundo, num. 45.*

*Iurare non tenetur principalis per verbum, credit, vel non credit, quando examinatur super positionibus, si iuravit de calumniæ post litem concessatam, num. 38.*

*Iuramentum calumniæ non habet naturam diversam à iuramento, quod praestatur in responsione ad positiones, num. 39.*

*Iuramentum, quod iudex exigat quando timet tergiversationem, dicitur iuramentum qualitate, num. 40.*

*Iuramentum, quod iudex exigat ab eo, qui petit literas remissoriales, dicitur iuramentum malicie, num. 41.*

*Heres tenetur iurare de calumniæ, quamvis is, cuius est heres, intrasset post concessationem litis, num. 42.*

*Iuramentum est personale, & non transit ad heredes, quoad ream peritorem, num. 43.*

*Iuramentum calumniæ potest exigi, quoties in iudicio mutatur persona, num. 44.*

*Iuramentum calumniæ potest exigi, quando venit incidenter agendum de re grati, quamvis iuratum esset generaliter de calumniæ super tota causa, num. 45.*

*Iuramentum calumniæ, si sit praestitum ante concessationem litis, potest iterum peti post litis concessationem, nempe, 46. Contraria opinio, si fuerit iuratum super tota causa, secus si fuerit iuratum super aliqua exceptione, seu emergente, num. 47.*

*Iuramentum calumniæ praestitum ante concessationem litis, non est solemnizatum iudicij, num. 46. vers. prima.*

*Iuramentum calumniæ non est de ordine substantiali simpliciter,*